

Ln
✓ 1726

1999

493


44025-66-6

Lkn 1726
1726

ՀԱՄԱԳՈՒՆԵԼԵԱՆԸ ՊՈՂՈՒ

Բուշթ հովուական Պոլոսի Պետրոսի ԺԿ-ի
- ՀԱՄԱԳՈՒՆԵԼԵԱՆԸ, Կարողիկոս - Պատրիարքի
Կիւրիոսի Հայոց Առաջադիւարացի.

Կ. Պոլիս, 1900



SERVUS JESU CHRISTI
PAULUS PETRUS XI.
PATRIARCHA CILICIAE
ARMENORUM CATHOLICORUM
A SANCTA ROMANA SEDE CONFIRMATUS




Venerabilibus Fratribus Nostris Suffraganeis, Archiepiscopis et Episcopis
ac universo Clericorum Sanctae Ecclesiae Ordini, Presbyteris, Sacerdotibus, Re-
ligiosis omnibusque Fidelibus in Christo Filiis nostris dilectis gratia, caritas et
pax a Deo Patre et a Domino Nostro Jesu Christo abundet, Amen.

Venerabiles Fratres et Dilecti Filii in Christo,

Vitae humanae conditio est filios patribus succedere, regumque na-
tos eorum obtinere solia. Vitae quidem annus annum subsequitur,
diesque diem, radorum instar rotae invicem nullo im-

28 1731




28124-62 9-

ուայն, մին զկնի միւսոյն անխափան հօրովին: Եւ այս է կարգ բնութեան մերոյ՝ որում ոչ կարէ ոք հակառակ կալ, և ըստ այսմ գրեալ ընթեռնումք թէ «Ազգ երթայ և ազգ դայ» և այլն. և թէ՛ «Ազգաց երկրի դու առաջնորդես»:

Բայց ոչ այնպէս, սիրելի Եղբարք, ոչ այնպէս արար ընդ մեզ Տէր, ոչ զարժանինն արժանաւորաց, այլ ըստ խորութեան գիտութեան իւրում բազում անգամ զտկարս ընտրեաց ՚ի գործս իւր գուցէ զի այնու յամօթ արացէ զհօրս: Այսպէս ՚ի վերջին աւուրս աղետից մերոց, յառիժ փոխման յաստեացս բարեխշատակ և մեծագործ Նախորդին մերոյ Ազարեան Ստեփանոսի Պետրոսի Ժ.ի և Կաթողիկոսի Ազգին, ընտրեաց Աստուած զիս զտկարս և զ՚ի յամենայնի ապիկարս, ըստ ազգեցութեան զօրութեան հոգւոյն Սրբոյ ՚ի սիրտս Հայրապետացն, որ յայտ իսկ է ամենայն աշխարհի, և թերեւս սովին կատարեցին կամք վերնոյն Տեսչութեան ՚ի փրկութիւն հոգւոց մերոց:

Եւ յիրաւի բովանդակ վախճան Նուիրապետութեան Եկեղեցւոյն Քրիստոսի ոչ կարէ այլ ինչ լինել՝ բայց միայն խորհիլ զհոգւոցն փրկութիւն. մեծ քան զոր չիք իմն յաշխարհի, և ոչ ազնուական ՚ի գործս բարութեան և առաքինութեան քան զայն:

Յայս կէտ նկրաիլ պարտին ամենայն զօրութիւնք մեր և յայն թափեցի ամենայն ճիգն անձանց մերոց. որպէս և յայդ իսկ կարգեալ են ամենայն իշխանութիւնք թէ նուիրապետական իցեն՝ և թէ յաշխարհի քաղաքականս Արդարեւ իշխանութիւնքս այսոքիկ թէ եւ երկսեռք և միմեանց անմանք՝ չ'ասեմ հակառակք իսկ միմեանց երեւիցին, բայց երկօքին անգամ ունին զնոյն վախճան որ է հպատակաց իւրեանց յաշխարհի աստ առնել զի արդարութեամբ կեցցեն, և պահեալ զկարգ բնութեան՝ հպատակել յամենայն օրինաց. և գործել զբարիս, և ի վերջն ամենեցուն փրկել զհոգիս: Արդ իշխանութիւնքս այդօքիկ թէ ո՞րպիսի կերպիւ և եղանակաւ պարտիցին վարել ընդ հպատակսն, իւրաքանչիւրոցն օրէնք պաշտամանն ուսուցանեն նոցա և առ այդ առաջնորդեն նոցին: Եւ յիրաւի իշխանութեանցս այսոքիկ պահելով ընդ միմեանս զկատարեալ ներդաշնակութիւն, սովին միայն կարասցեն ժամանել վախճանի իւրեանց, որ լիցի կատարեալ բարեկարգութեամբ բարուց և գործոց մարդկան, յորմէ յառաջ գայցէ յայնժամ յամենեցունց փափագելին այն երջանկութիւն:



pediente volvuntur. Hic in nostra quoque vita institutus est ordo, cui nullus est qui valeat adversari; quare legimus scriptum: «Generatio praeterit et generatio advenit;» et quod: «Gentes in terra dirigitis».

Sed non ita, Fratres carissimi, non fecit ita nobiscum Dominus; non enim digniores, sed secundum profunditatem scientiae suae plerisque infirmos ad opus elegit suum, forte quod sic potentes confunderet. Ita etiam quum nuperrime lugenda nos perculerit calamitas, diem quum obiret supremum Praedecessor Noster f. m. ac munificentissimus gentis nostrae Patriarcha, Stephanus Petrus X. Azarian, me infirmum atque debilem elegit Deus, virtute S. Spiritus in cordibus Patrum sanctorum operante; quod quidem nemo est qui non noverit; hac nimirum ratione adimplerentur supernae consilia Providentiae nostris redimendis animabus.

Et re quidem vera, totius Hierarchiae Ecclesiae Christi finis nil aliud esse potest, nisi ea solerter perpendere quae animarum sint salutis proficientia; quo quidem nihil majus in orbe terrarum, nil nobilius in bonitatis virtutisque operibus.

Ad hunc finem omnes nostras vires oportet contendere, in id omnem nostram niti sollicitudinem. Hujus etiam rei gratia omnes jam institutae sunt auctoritates, hierarchicae quae dicuntur, vel in mundo civiles. Hae sane potestates, quanquam diversi generis ac invicem dispares, ne dicam adversae, videantur esse, ambarum tamen idem est scopus, satagere nempe ut subditi juste in mundo vivant, naturaeque ordinem servantes, et prorsus semetipsos legibus subjicientes, bonis fungantur operibus, et in novissimo suarum salutem adipiscantur animarum. Itaque hae quo se ducant modo cum subditis potestates, uniuscujusque lex officii admonet regitque, utpote quae ad invicem perfectam ubi observaverint harmoniam, tunc denique assequi suum finem valeant, qui erit perfecta morum castigatio atque humanorum operum disciplina, e qua ab omnibus desiderata ea felicitas sponte effluat necesse est.

Արդ խօսելով Մեր այժմ մի միայն զեկեղեցական իշխանութենէ ընդ-
հանրապէս, ասեմք, թէ՛ ընդհանուր Նախնայապետութիւն Հայաստանեայց
Եկեղեցւոյ այն է նախ թէ Կաթողիկոսն և թէ Եպիսկոպոսացն դասք
համանգամայն պարտին, ամենայն հաճութեամբ սրտի որպէս ՚ի հաս-
տատութենէ անտի Կաթողիկոսութեան ՚ի 1742 ամին, ճանաչել զՍ.
Աթոռն Հռոմայ իբրեւ Գլուխ և ազբիւր ամենայն եկեղեցական իշխա-
նութեան, և զՍրբազան Քահանայապետն Փոխանորդ Քրիստոսի և
Յաջորդ Դիսաւորի Առաքելոցն՝ Պետրոսի, յաստուածուստ կարգեալ իբր
վարդապետ և բացարձակ Օրէնադիր լցեալ յաստուածային իրաւանց-
և բովանդակ եկեղեցւոյն Քրիստոսի իբր անմիջապէս Գառաւոր ամե-
նայն վիճից և գծաութեանց ծագելոց ի մէջ Եկեղեցւոյ, ընդ ամենայն
տիեզերս՝ ամենայն դասու իբրեւ Գլուխ անսխալ յամենայն իրս հաւա-
սոյ և բարի վարուց, ըստ սահմանելոյ վերջին Վատիկանեան Սինհո-
դոսի. որում ամենքին պարտիմք մատուցանել զկատարեալ հնազան-
դութիւն. զի գերագոյն ատեան՝ Նորա է, և իւրաքանչիւր դասք և
դատաստանք ի նա հանգչին, և Եպիսկոպոսունք ի դասս իւրեանց առ
նա դիմեն և առ նա միայն բողոքել կարեն:

Եւ արդ ուղղելով Մեր զբանս մեր ՚ի մասնաւորի, ասեմք. Կաթողիկոսին
կարգելոյ ի վերայ Հայաստանեայց Եկեղեցւոյ նախ պարտք են սրբազան
ճանաչել զամենայն Եպիսկոպոսունս վիճակաց և քաղաքաց իբրեւ յաս-
տուածային իրաւանց իշխանս ի վերայ վիճակին և հօտին իւրեանց յանձն
եղելոյ, որոց ընկալեալ զիշխանութիւն կարգի յԱստուծոյ անդ ի ձեռ-
նագրութեան, ընդ ունին և զայդ իշխանութիւն իրաւասութեանն ի վերայ
բովանդակ վիճակին իւրեանց անմիջապէս յընդհանուր Գլխոյ Եկեղեց-
ւոյն, այսինքն է ի Սրբոյ Գահէն Հռոմայ Սմին իրի ի ծագել գծաու-
թեան իրիք զսահմանաց վիճակի Եպիսկոպոսացն և կամ զիրաւանց և ի
դատաստանական գործս, թէ ոչ կարիցեն յարմարիլ և միաբանիլ ընդ մէջ
իւրեանց, բողոք բարձրեն առ նոյն Ս. Գահն, որոյ են մի միայն իրաւունք
ընդ ունիլ զբողոքս Եպիսկոպոսացն, որ սփռեալ են ընդ ամենայն տիե-
զերս: Ոչ և ոչ երբեք Եպիսկոպոսունք զիմել կամ բողոքել կարեն առ Կա-
թողիկոսն կամ Պատրիարք ազգին ի գծաութիւնս իւրեանց, զի Եպիսկո-
պոսունք յաստուածային և յեկեղեցական իրաւանց ինքեանք իշխանք են
իւրաքանչիւր վիճակի իւրեանց, կարգեալք ի Սրբոյ Գահէն ըստ իրաւա-

Modo vero quum in genere de Armena ecclesiastica tantum potestate
agendum susceperimus, dicimus, Ecclesiae Armenae generalem Hierar-
chiam eam esse, qua et Patriarcha et omnes Episcopi simul ingenue
ac sponte sua, velut ab institutione hujus Patriarchatus a Pon-
tifice Benedicto XIV anno 1742 adhuc est moris, agnoscant Sanctam
Romanam Sedem Caput atque fontem esse totius ecclesiasticae Auctori-
tatis, et Summum Pontificem Vicarium Christi Successoremque Princi-
pis Apostolorum Petri, divinitus constitutum Magistrum atque absolu-
tum Legislatorem jure divino; atque universae Christi Ecclesiae imme-
diatum Judicem in omnibus contentionibus et dissidiis in Ecclesiae toto
terrarum orbe exorturis, omnibus ordinibus ut infallibile Caput in
omnibus quae ad fidem pertinent et ad mores, quemadmodum san-
citur est in ultima Vaticana Synodo; cui quidem omnes perfectam
praestare debemus obedientiam, quia summum tribunal Ejus est, et quae-
libet causae et quaecumque judicia ad Eum devolvuntur, atque ad Ipsum
Episcopi in suis caussis dicendis recurrunt et ad Eum solum possunt
appellare.

Nunc vero in particulari verba nostra dirigentes, dicimus: Pa-
triarchae super Armenam Ecclesiam constituti sacrum imprimis officium
est omnes dioecesium atque civitatum Episcopos agnoscere divino jure
principes super suam dioecesim et gregem sibi commissum; qui qui-
dem ordinis potestatem in consecratione ipsa divinitus suscipientes,
hanc quoque jurisdictionis potestatem super universam suam dioecesim
immediate accipiunt ab universali Ecclesiae Capite, a Sancta videlicet
Romana Sede. Quare superveniente quadam dissensione de limitibus
dioecesium Episcoporum, aut de juribus, et in rebus etiam judicialibus,
quum ad invicem rem componere minime potuerint, ad eandem
Sanctam Sedem appellent, quae sola obtinet jus, omnium admittendi
appellationem Episcoporum toto terrarum orbe sparsorum. Episcopi
nullatenus possunt recurrere vel appellare ad Patriarcham Nationis in
suis litibus, quoniam Episcopi de jure divino atque ecclesiastico ipsi
sunt principes suae quisque dioeceseos, a S. Sede quoad jurisdictionem

տութեան. և կառավարութիւնն նոցա ի վիճակի իւրաքանիւրոցն ազատ է յորմէ և իցէ իշխանութենէ բաց ի Սրբազան Քահանայապետէ, որ տէր է ամենեցուն և դատաւոր ամենեցուն ՚ի վէճս Եկեղեցոյ:

Պարտք և պաշտօնն Կաթողիկոսինն Կաթողիկոսն այսպէս ըստ օրինի հաստատեալ ի Սրբոյ Քահէն Հռոմայ յեկեղեցական իրաւանց եղեալ է իբրև տեսու ի վերայնուիրապետութեան ազգիս. հսկել պարտի ի վերայն պիսկոպոսաց Կաթողիկոսութեան իւրոյ, զի իւրաքանչիւրն ըստ արժանւոյն կատարեսցէ զիւր աստուածային պաշտամունս: Պարտք են Կաթողիկոսին ի պահանջել հարկին գումարել զԵպիսկոպոսունս ի ժողով, կանխաւ հրաման առեալ ի Սրբոյ Աթոռոյն. յորժամ պիտոյ իցէ ըստ հարկի ժամանակին զնել նոր կարգադրութիւնս ազգի յօգուտ ընդհանուր Եկեղեցւոյն այնորիկ: Մի՛ երբեք խտրութեամբ կամ կողմնակցութեամբ վարեսցի ընդ Եպիսկոպոսունս նորին տեսչութեանն յանձն եղեալս. ամենայն արգարութեամբ և սիրով ընդ ամենեւին ոչ իբրև դատաւոր այլ իբրև հայր լինել Եթէ խնդիր իմն ծագեսցի իրաւանց կամ սահմանացն վիճակաւորաց ի մէջ իւրեանց, ջանասցի ազգ առնել իբրև հայր՝ երկաքանչիւրոցն իրաւախօհ լինել. եթէ ոչ միաբանիցին նոքա ընդ միմիանս, ազգ արարեալ զգործն Սրբոյ Աթոռոյն, յանձնեսցէ զայդ վիճաբանութիւնն Գերագոյն ատենի Գլխոյն՝ ըստ որում ասացաք ի վերոյ, ընդհանուր Եկեղեցոյ, այն է Սրբազան Քահանայապետին Հռովմայ Պարձեալ իրաւունք են Կաթողիկոսին օրհնել զՍ. Միւռոնն մկրտութեան և այլոց Ս. Իւղոց, ըստ վայելչութեան և պատուոյ, զոր իշխանութիւնն ըստ պահանջել հարկին կարէ յանձն առնել և Եպիսկոպոսաց վիճակացն և տալ հրաման զի ինքեանք եւս օրհնեսցեն: Ի պարապիլ Աթոռոյն՝ իսկոյն զնէ տեղակալս՝ փոխանակ վախճաներոյն. և զկնի յօրինացն Եկեղեցոյ սահմանեալ ժամանակին սոցոյ ի վերայ մահուան փեսային իւրոյ՝ որ ընդհանրապէս երեք ամիսք համարին, մխիթարէ զայրիացեալ աթոռոյն այնորիկ զժողովուրդն հովուական թղթովն իւրով, և պատուիրէ նոցա առանձինն կոնդակաւ տալ բարի վկայութիւն զերից կամ առաւել վարդապետաց և առաքել առ Կաթողիկոսական Աթոռն՝ յընտրութիւն միոյն ի նոցուն Եպիսկոպոսութիւնն: Պարտք են Կաթողիկոսին թողուլ բանաւոր հօտին ամենայն ազատութեամբ ցուցանել ինքեան զհովիւ կամ լաւ եւս թողուլ հարսին ցուցանել զիւր փեսայացուն, և ըստ

constituti; et administratio eorum in sua diocesi libera omnino est a quacumque potestate, excepto Summo tantum Pontifice, qui dominus est omnium et iudex omnium in litibus ecclesiasticis.

Munera Patriarchae atque officia haec sunt. Patriarcha ita legitime confirmatus a S. Romana Sede, de jure ecclesiastico praepositus est Hierarchiae Nationis; vigilare debet super Episcopos sui Patriarchatus, ut quisque debito more suis divinis fungatur muneribus. Debet insuper Patriarcha, quum se obtulerit necessitas, Synodum Episcoporum convocare, praehabita S. Sedis permissione; quando opus sit, secundum exigentiam temporum, novas introducere constitutiones in bonum universae eae Ecclesiae. Nunquam personarum acceptione aut differentia utatur cum Episcopis, suae curae commissis; omni justitia et amore cum omnibus, non iudicis instar sed patris esse. Quum oriatur aliqua quaestio de jure vel de limitibus intra Ordinarios, sicuti pater admonere eos conetur ad litem componendam. Ubi non conveniant, Sanctam Sedem de re certiorum faciat, atque litem committat Capiti supremi tribunalis universae Ecclesiae, ut supra dictum est, id est Summo Pontifici Romano. Iterum jus est Patriarchae benedicendi sacrum Oleum Baptismatis et alia sacra olea, debito decore et honore, quam potestatem, necessitudine ita exigente, potest et diocesium Episcopis largiri, et, ut pariter ipsi quoque benedicere possint, permittere. Sede vacante statim locum tenentes instituit vice defuncti; et postquam tempus a legibus ecclesiasticis pro luctu mortis sponsi determinatum, quod generaliter tribus mensibus emetitur, expiraverit, populum ejus viduatae Sedis pastoralibus suis litteris consolatur, et speciali bulla jubet eos dare bonum testimonium de tribus vel pluribus presbyteris et mittere ad Sedem Patriarchalem ut unus eorum in Episcopum eligatur. Patriarcham penitus oportet sinere ut grex rationalis omnimoda gaudeat libertate in suo designando Pastore, seu melius sponsae

օրինի եղեալ ի կարգի զբարի վկայութեան թուղթս, հրամանաւ Սրբոյ Պահօն կոչէ զՅպիսկոպոսունս ի ժողով, և ըստ ազատ զնտրութեանն յազգային թեմական Եպիսկոպոսացն եղելոյ և կանուխ գէտութեամբ Ս. Աթոռոյն ձեռնադրէ զմի յարժանաւորացն անտի յԵպիսկոպոս կամ հովիւ Աթոռոյն այնորիկ և ճոխացուցանէ զնա ամենայն եկեղեցական իշխանութեամբ և իրաւասութեամբ՝ և առաքէ զնա յԱթոռ իւր հովուել զհօտ իւր և զնել զանձն ի վերայ նորա մինչեւ հասուցէ ի փրկութիւնս :

Արդ յետ Կաթողիկոսին գրելով մեր ի մանաւորի առ Եպիսկոպոսունս ազգիս, ասեմք. Եպիսկոպոսունք՝ որպէս ասացաք ի վեր անդր, ստանան զկարգի իւխանութիւն անդ ի ձեռնադրութեան իւրեանց յԱստուածային իրաւանց, որպէս ասացան ի վերայ. և իւխանութիւնդ այդ անմեկնելի է ի նոցանէ մինչեւ ցմահ. բայց քանզի՝ ըստ իմաստի անուանց նոցին, վերատեսուչք և հովիւք են միայն ըստ սլաշաւման, բայց հօտն՝ զոր հովուեսցեն՝ որոշի և յանձնի նոցա յայնմանէ որ է հովուապետ և Տէր բովանդակ Եկեղեցւոյ, այսինքն բանաւոր հօտին Քրիստոսի, որ կարգեալ է ի Քրիստոսէ Փոխանորդ, որ և է մի միայն օրինաւոր Յաջորդ Ս. Պետրոսի, Ս. Պահանայապետն Հռովմայ Նա՛ միայն սոյ զայդ իշխանութիւն իրաւասութեան համայն Եպիսկոպոսաց, և Նա որոչէ և սոյ զմի մասն ընդհանուր հօտին իւրոյ իւրաքանչիւր Եպիսկոպոսի. և կարգէ զնոսս ի վերայ քաղաքաց և վիճակաց: Ահա պատճառն որոյ ազգաւ պարտի իւրաքանչիւր Եպիսկոպոս հնազանդիլ ընդհանուր հովուապետին Հռովմայ իւրաքանչիւր Եպիսկոպոս զիւր վիճակ խնամեսցէ և զպէսպիսի պէտս այնորիկ հոգացի, թէ՛ ըստ հոգւոյ և թէ՛ ըստ մարմնոյ, այն է զքաղաքային պիտոյից և յարաբերութեանց Տէրութեան, ըստ արքունական հրովարտակին, զոր Օգոստափառ Կայսրն Օսմանեան շնորհէ: Ի ծագել եկեղեցական խնդրոյ իրիք ընդ մէջ իւր և այլոյ Եպիսկոպոսի գուն գործեսցեն յարգարել զինդիրն խորհրդով Կաթողիկոսի և Պատրիարքի իւրեանց. թէ ոչ լուծցի խնդիրն այնու, հուսկ ուրեմն հարկ է գիմել ի գերագոյն ատեանն Սրբոյ Պահօն Հռովմայ և սպասել վերջին որոշմանն՝ որոյ վճռոյն ոչ ոք համարձակի կալ հակառակ, եթէ արդեամբ և ոչ անուամբ միայն ուղղափառ իցէ: Արդ կարգեալ Եպիսկոպոսացն այսպէս յաստուածային իրաւանց հովիւ և իւխան ի վերայ հօտին իւրաքանչիւրն

permittere ut designet quem futura sibi sponsum desideraverit, et secundum vigentia jura dispositis boni testimonii chartis, permissione S. Sedis obtenta, Episcopus in Synodu a convenire jubet, et libera electione a nationalibus Dioecesanis Episcopis facta, et praescientia S. Sedis, unum e dignioribus in Episcopum aut pastorem ejus sedis consecrat, augetque eum omni ecclesiastica potestate ac jurisdictione, et mittit eum ad suam sedem ut pascat gregem, superque eum animam suam ponat, usquedum ad salutem perducat.

Post vero Patriarcham scribentes in particulari ad Episcopos nationis, dicimus: Episcopi, ut supra commemoravimus, potestatem ordinis in ipsa sua consecratione obtinent jure divino; haec autem potestas nunquam nisi morte ab iis potest avelli; sed quum nominis ipsius significatione praesides tantum sint munere atque pastores, pascendum gregem determinat eisque committit is qui Summus est Pastor et universae Ecclesiae Dominus spiritualis, rationabilis scilicet gregis Christi, quique a Christo Domino Vicarius designatus est et qui solus legitimus S. Petri Successor, Summus Romanus Pontifex. Ejus est solius omnibus Episcopis hanc jurisdictionis potestatem tribuere; Ille secernit et aliquam sui universi gregis partem committit unicuique Antistiti, et super civitates ac dioeceses eos constituit. Haec est ratio cur quisque Praesul teneatur universali ac Summo Romano Pastori praestare obedientiam. Quivis Episcopus suae provideat dioecesi, variarumque ejus necessitudinum atque negotiorum curam gerat spiritualem ac temporalem, scilicet in rebus civilibus et gubernis relationibus, veluti proscripserit edictum imperiale quod a Potestate Othomanica conceditur. Orto quodam ecclesiastico discrimine inter eum et alium Episcopum, consilio sui Patriarchae componendae rei dent operam; si minus, opus est tandem ad Supremum tribunal S. Rom. Sedis rem deferre, et expectare usque ad finalem decisionem, cujus decreto nemo audet unquam adversari, qui reipsa sit Catholicus et non nomine tantum. Quum itaque Episcopi jure divino pastores ac principes super gregem constituti fuerint, unusquisque debet ante omnia vigilare super mores rationemque vivendi praesbytere-

ի նոցանէ պարտի նախ հսկել ի վերայ բարուց և վարուց վարդապետաց և քահանայիցն իւրոց . մի՛ դադարեցի յորդորել զնոսա ի կատարել զՍ. պաշտամունս, ի մատակարարել զՍ. խորհուրդս ահիւ և գողութեամբ, և եկեղեցական վայելչութեամբ: Մի՛ թոյլ տացէ Քահանայից յումպէտս շրջագայիլ տանէ ի տուն աշխարհականաց, բայց միայն առ ի կատարել զպաշտամունս և զպարտս իւրեանց: Ի գթութեան երկուց եկեղեցականաց Եպիսկոպոսն դատեսցէ զնոսա ըստ արդարութեան առանց աչառանաց, և ակնառութեանց: Ի պակասել Քահանայից իւրեանցն պարտուց և պաշտամանց, խոհեմութեամբ և հայրական սիրով խրատեսցէ զնոսա: Եպիսկոպոսն իբրև ամենեցուն հայր մի՛ երբեք խտիր դիցէ ընդ մէջ սորա և նորա, բաց ի վարձատրելոյ զիւրաքանչիւր արդիւնս միոյն քան զմիւսոյն ըստ մեծութեան և առաւելութեան, արդեանցն իւրեանց, վարձատրել զմին քան զմիւսն ըստ արդարութեան, ամբառնալ զարժանաւորս ի պատիւ եկեղեցական ի պահանջել հարկին: Ի մի բան մի՛ առնել զոր բնական օրէնք արդելուն, և որում աստուածային օրէնք հակառակ կան: Զամենայն զգործս իւր Եպիսկոպոսն պարտի առնել այնր վախճանի աղագաւ որով կարացէ հասանել ի կատարումն պաշտաման իւրոյ, որոյ է մի միայն նպատակ փրկութիւն հոգւոցն, թէ իւր և թէ նմին յանձն եղելոցն:

Ոչ են անծանօթ և զանխուլ ի ձէն՛, սիրելիք, թէ են և գտանին ի նուիրապետական իշխանութեան կարգի եկեղեցւոյն և Արքեպիսկոպոսունք. զի առ բազմութեան ժողովրդեան և զղերին իւրոյ և առ ասրածութեան քաղաքացն Եպիսկոպոսն հարկադրի երբեմն պահանջել ի Սրբոյ Աթոռոյն Հռովմայ իւր օգնական Եպիսկոպոս մի կամ առաւել՝ ըստ առաւելութեան և բազմութեան ժողովրդեան, և վասն ինքնին ոչ կարելոյ հասանել նորա պիտոյիցն և կատարման պաշտամանց՝ կարգէ զայսոսիկ օգնական Եպիսկոպոսունս (*Suffraganei*), և երբեմն եւս ի վերայ գիւղօրէից որոյ աղագաւ անուանին սոքա Քոր Եպիսկոպոսունք ըստ հելլենական լեզուի, միշտ ընդ հպատակութեամբ ընդ հանուր և Արհի. Եպիսկոպոսին իւրեանց, սմին իրի և սա կոչի Արքեպիսկոպոս: Ի ծագել գթութեանց, որք պատկանին սահմանացն վիճակաց և ներքին վարչութեան իւրեանց, գիմեսցեն առ Արքեպիսկոպոսն. իսկ ի խնդիրս որք պատկանին իշխանութեան կարգի իւրեանց և յանձնականն, գիմեսցեն առ Սրբազան Քահանայապետն Հռովմայ, որում պատկանի միայն իննել գատաւոր համայն Եպիսկոպոսաց:

rorum ac sacerdotum; nunquam desiverit eos adhortari in sacris muneribus pertractandis, in sacramentis cum timore atque tremore et debito ecclesiastico decore administrandis. Ne permittat sacerdotibus vano secularium domos circumvagari, nisi ad officia et opera humanitatis aut munera ecclesiastica explenda. Contentione inter duos ecclesiasticos homines suborta, dijudicet eos Antistes cum iustitia et sine personarum acceptione. Ubi vero suis desint muneribus presbyteri, prudenter ac paterno quodammodo amore eos admoneto. Episcopus quia omnium pater est, nullum admiserit unquam discrimen inter alterutrum subditorum, nisi quod unumquemque haud injuste remuneraverit secundum praestantiam meritorum, et, quum occasio se obtulerit, digniores ad ecclesiasticos honores provexerit; uno verbo, nil facere quod leges prohibent naturales, cui leges adversantur divinae. Omnia tum demum ita agat Episcopus, ut finem officii sui adipisci queat, cujus tantummodo scopus est animarum salus, suae et earum quae sibi commissae sunt.

Haud igitum vobis, Carissimi, in hierarchico potestatis Ecclesiae ordine inveniri et Archiepiscopos; quoniam ob multitudinem populorum et cleri atque magnam civitatum extensionem, cogitur aliquando Episcopus a S. Romana Sede sibi coadjutorem Episcopum repetere, unum vel plures, secundum multitudinem et abundantiam populi; et eo quod ipsi soli nullo modo possibile est fungi ministerio atque muneribus omnibus, hosce suffraganeos Episcopos instituit, quandoque etiam super vicos, qui exinde graeca voce Chorepiscopi nuncupantur, semper subditi generali suo Episcopo; quocirca et is dicitur Archiepiscopus. Exorientibus litibus suarum dioecesium limites et internam administrationem spectantibus, ad Archiepiscopum recursum habeant; in iis vero quae ad ordinis sui potestatem pertinent, rem ad Summum Pontificem Romanum deferant, cujus est solius universorum iudex esse Episcoporum.

Մետրապօլիտք կոչին երբեմն և Արքեպիսկոպոսունքս այսօրիկ որք ունին զաթոռս իւրեանց ի մայրաքաղաքս կամ յարքայանիստ քաղաքս կամ առ գաւառակալս բնակեալքն, (ի Յունաց *μητηρ πολις* մայր քաղաք,) և գոգցես շի՛ք ինչ ատրբերութիւն ընդ մէջ սոցա և Արքեպիսկոպոսաց ըստ պաշտաման և իրաւանց բաց ի նիւթական քաղաքէ բնակութեան իւրեանց, և փոխադրին յանուանս իւրեանց:

Գարով Մեր առ դասս եկեղեցական կարգաց, ասեմք. ի նուիրապետութեան եկեղեցոյ հարկաւ և բնականապէս են և գտանին վարդապետք և քահանայք կարգեալք ընդ իշխանութեամբ բարձր Հովուացդ այդ օցիկ, կուսակրօնք, սկստեալք զհնազանդութիւն Վիճակաւորին, յորոյ ի վիճակի կան և մնան, և ստանձեալ են զպաշտօն կառավարելոյ զժողովուրդն և զհօգ հոգւոց, յորոց միջի կարգեալ են ոմանք ժողովրդապետք եկեղեցոյ յեպիսկոպոսէ իւրեանց նոցին սահմանելոյ են և գտանին և Փոխանորդք եպիսկոպոսացն՝ յորս և ընդհանուր Փոխանորդք, որոց իրաւունք որպէս և ժողովրդապետացն պաշտամունք որոշեալ և սահմանեալ կան յիրաւաբանութեան և նորիմք վարեն զնոսին: են և բազմաթիւ վարդապետք և քահանայք՝ որք կատարեն զպաշտամունս եկեղեցեաց հրամանաւ կամ ընդ իշխանութեամբ այսր կամ այնր ժողովրդապետի:

Ժողովրդապետք ի խղճէ մտաց պարտաւոր են զաիւ և զգիշեր կատարել անթերի զպաշտամունս, զպատարագս, զխորհուրդս, զաղօթս և զայլ ամենայն արարողութիւնս եկեղեցոյ. սուրբս լինել ամենայն զգուշութեամբ և լրջմտութեամբ. մի՛ պակասիլ պաշտամանցն յորոց ժողովուրդն օր ըստ օրէ օգտի և բերի յաստուածպաշտութիւն և յապաշխարութիւն և յեռանդն և ի փոյթ և փափագ փրկութեան հոգւոց իւրեանց: ի մեղս և ի յանցանս վարդապետաց կամ քահանայիցս այսօրիկ խտուր յանգիմանեացէ, պատժեացէ և դաշմանեացէ զնոսս եպիսկոպոսն իւրեանց, որոյ դատաստանին կամ պատժօցն ի խրատ ոչ ոք կարէ կալ հակառակ, այլ հնազանդիլ հրամանաց նորա. և ոչ իսկ արժան է և իրաւունք քահանայից յեպիսկոպոսէ իւրմէ բողոք բառնալ առ Սրբազան Գահն, այլ այլափ մէայն, խոնարհութեամբ յայտնել կարէ զիւր դատ և զգանդատ Սրբոյ Աթոռոյն. ոչ կարէ քահանայն ընդ վիճակաւորին իւրոյ մտանել ի դատաստանս. զայս՝ ամենայն օրէնք և իրաւունք արգելուն և ոչ ներեն:

Metropolitae quoque audiunt aliquoties isti Archiepiscopi, qui sedem suam habent in metropoli vel in urbibus regiis sitam, vel qui apud Provinciales degunt (a Graecis *μητηρ πολις* urbs mater); et nulla fere inest differentia istos inter et Archiepiscopos quoad ministerium ac jura, excepta materiali civitate habitationis; necnon nomina eorum convertuntur.

Quantum autem spectat ad classes ordinum ecclesiasticorum, dicimus: in Hierarachia Ecclesiae necessario ac naturaliter inveniuntur presbyteri et sacerdotes hisce majoribus subjecti Pastoribus, celibes, qui obedientiae votum Ordinario, in cujus diocesi sunt vivuntque, praestiterint, atque populum regendi assumpserint munus curamque animarum; quos inter quidam ecclesiarum ab Episcopo suo designandarum parochi constituuntur. Inveniuntur quoque vicarii Antistitum, inter quos et Vicarii generales quorum officia in Jure Canonico ac parochorum scriptis speciatiim sunt mandata, iisque in fungendis muneribus utuntur. Sunt etiam multi sacerdotes qui ecclesiarum ministeria adimplent sub uno vel alio parrocho.

Parrochi ex conscientia obligantur die noctuque assidue obire munia, celebrare missas, sacramenta administrare, preces effundere et alias omnes ecclesiae ceremonias pertractare; sancti cum omni diligentia ac vigilantia fieri; muneribus minime deficere, quibus quotidie multiplicem capit populus profectum, ferturque ad pietatem et poenitentiam et devotionem et ad sollicitudinem et desiderium salutis animarum suarum. Si quando peccaverint aut quoquo modo transgressi fuerint sacerdotes isti, severe reprehendat, puniat atque medeatur Episcopus, cui judicanti aut ad emendationem punienti nemini umquam adversari licet, at obedire tantum praeceptis ejus; neque decet aut licet sacerdotibus ab Episcopo suo appellare ad Sanctam Sedem, nisi tautummodo humiliter possint suam caussam aut querelam Sanctae Sedi proponere; nequit enim sacerdos cum suo Ordinario ingredi in iudicium; hoc nempe leges omnes et jura prohibent et non permittunt.

Են և գտանին ի միջի նուիրապետութեանս և կրօնաւորք, կուսակրօնք, ուխտեալք ի Միաբանութիւնս վարդապետք, որոց՝ հրամանաւ Վիճակաւորի քաղաքացն, յորս գտանին, երբեմն յանձն լինին և հոգ հոգւոց, որոց պարտք են՝ որպէս այլոցն ամենեցուն քահանայից և վարդապետաց, զգոյշ լինել քահանայական պաշտաման և պարտուց նորին։ Կրօնաւորքս այսօրիկ եւս հպատակ լիցին Եպիսկոպոսի իւրեանց և ի պաշտամանն կատարումն յամենայնի գիմեօցեն առ նա, և ամենայն հլու հպատակութեամբ սպասեցեն և կատարեցեն զհրամանս իւր։ Ի բարս և ի վարս փայլեցեն առաքինութեամբք, և եւս բարի գործովք։ Իսկ եթէ ունիցին ի Սրբոյ Գահէն Հռովմայ զեկեղեցական ազատութիւն վանուց (*esenzione monastica*) նկատմամբ իւրեանց ներքին գործոց Միաբանութեան, Եպիսկոպոսն ոչ կարէ ընդխառնիլ ներքին գործոց իւրեանց։ Մի՛ և մի՛ երբեք ինքեանք կրօնաւորք գոլով հակառակ անուանն զոր բերեն, տանէ ի տուն շրջեսցին, յաշխարհային կենցաղավարութիւն, որով արատիցեն հանգամանքք և կանոնք և անուն Ս. կրօնի իւրեանց։

Են սոյնպէս և գտանին ի նուիրապետութեանս Հաւատաւոր Կուսանք, որոց են կարգի կանոնք և օրէնք, և որոց հպատակք լիցին յամենայնի բոս խղճի մտաց. սօքա են որք կարգին ի դաստիարակութիւն կանանց և դստերաց և ազքատաց և որբոց, հրամանաւ Կաթողիկոսին և հաւանութեամբ Վիճակաւորացն երթալով յառաքելութիւնս՝ որք խոնարհ և առաքինի գործովք իւրեանց օգնեն պաշտօնէիցն Աւետարանին, դաստիարակութեամբ, ընթերցմամբ հոգեւոր գրոց, ուսմամբ քրիստոնէական վարդապետութեան և բարի օրինակօք և կրթութեամբ իւրեանց առաջի ժողովրդեանն։ Մեծաւորք սոցա պարտին հնազանդիլ Կաթողիկոսին իւրեանց և Եպիսկոպոսին, յորոյ և գտանիցին վիճակի։ Սօքա ընդ հանրապէս արգիլեալ են ի նոյն կանոնացն կրօնի ընդունիլ ի բնակարանի իւրեանց զգիշերայն արս նպատակաւ պատսպարելոյ կամ խնամելոյ զնոսաւ Մի՛ և մի՛ երբեք հաւանիցին այդպիսի արանց տալ բնակութիւն ննջել ի կից սենեակս, որք ունիցին ելս և մուտս ի բուն բնակարան իւրեանց, զի մի՛ տացի պատճառ տկարամտաց և յողորմաց բամբասելոյ զվարս իւրեանց, զորոց աշխարհիկք գիւրաւ բարբանջեն, և թողեալ զգերանս աչացն զիւրեանց, զչիւզն այլոց տեսանեն. և իբրեւ նախանձախնդիրս ցուցանեն զան-

Sunt et inveniuntur in nostra hierarchia etiam Religiosi, celibes, qui in Congregationibus vota praebuerint presbiteri, quibus jussu Episcopi locorum, ubi inveniuntur, quandoque committitur animarum cura, quibus officium incumbit, sicut et aliis omnibus sacerdotibus, cavendi atque animum advertendi ministerio sacerdotali et muneribus ejus. Religiosi isti submissi Episcopis sunt, et in officiis peragendis omnia ipsi deferant, et in omnibus obsequentes morigerantesque, mandatis ejus consequendis enixe navent operam. Illustres in vivendi ratione atque in moribus, refulgere virtutibus ac magis magisque bonis satagant operibus clarescere. Ubi vero a Sancta Sede frui eos monastica constiterit exemptione, in rebus internis suae Societatis, Episcopus tunc hisce internis eorum negotiis nullo modo immisceri potest. Eis autem religiosam colentibus vitam haud dubium est minime domus alienas saeculari conversatione frequentandas; ne ratio atque regulae nomenque religionis suae vituperentur.

Similiter hac in Hierarchia reperiuntur puellae virgines, monacae quae nuncupantur; quarum sunt ordinis statuta ac regulae, quibus sese in conscientia debent submittere in omnibus. Hae quandoque educationi mulierum et puellarum atque pauperum et orphanorum destinantur ex jussu Patriarchae et consensu Ordinariorum, Missiones colendas quum amplexae fuerint, ibique laudabili opere ministros Evangelii adjuvant, educatione, lectura librorum spiritualium, sacrae doctrinae christianae institutione, bonis exemplis et studiis omnibus coram populo. Harum Superiores Patriarchae aut Episcopo, in cujus inveniuntur diocesi, obtemperare debent. Religiosae mulieres universae a regulis prohibentur noctu in suam habitationem viros protegendi aut curandi causa admittere. Hujuscemodi virorum numquam cesserint suasioni ut aliquando permittant eis noctem peragere in contiguis cubiculis, exitum et introitum in principalem suam habitationem habentibus, ne ansa infirmis praebeatur et inconstantibus hominibus obtrectandi earum mores; de iis enim facile obloquuntur laici homines, trabemque suorum oculorum negligentes, paleam inspiciunt aliorum, seque legum zeloty-

ձինս օրինաց: Յառաքելութիւնս դասերացս այսոցիկ բազումք են արդասիք և օգուտ, և գողջիր մի միայն հզօր և կենդանի առիթ դաստիարակութեան քրիստոնէական վարուց կանանց և դասերացն ի գպրոցս և յարուստս գեղեցիկս ձեռաց և մանկավարժութեան:

Ամենեցուն սոցա նուիրական դասուց Հովուացն և Հովուապետաց, Վարդապետաց և Քահանայից, և Կուսանաց պաշտօնք յիրաւի են և կոչին առաքելական, ըստ որում արքնին յօգուտ և ի յառաջագիմութիւն, որպէս ասացաք, և ի դաստիարակութիւն և ի փրկութիւն հոգւոց: Արդ, սիրելիք, ո՛րպիսի անարատութեամբ վարուց, ո՛րպիսի գործովք բարութեանց, ո՛րքան խղճի մաքրութեամբ, սոքա պարտաւորք լինին առաջնորդելու ամիկ ժողովրդեանն, և ո՛րպիսի սիրով փրկութեան հոգւոց վառեալ, եռանդեամբ առաջնորդեացն ժողովրդեան: Տէրն պատուիրէ իբր զլոյս լինել ճրագի և աղ կենացն հացի. այնպէս և փայլեցին պայծառութեամբ առաքինութեանց ի մէջ ժողովրդեանն, զոր աեսեալ մարդկանց փառս տացն Արարչին իւրեանց:

Գիտացեն Կաթողիկոսունք թէ, ի խղճէ իւրեանց պարտապանք են հսկել ի վերայ նուիրապետական իշխանութեանց. գիտացեն Հովուապետք ի վերայ Հովուաց՝ յարածել զհօտս իւրեանց. գիտացեն Հովիւք ի վերայ վարդապետաց և քահանայից՝ ի քարոզել զբանն կենաց յուղիղ հաւատոյ մասունս. գիտացեն Քահանայք՝ յուսուցանել զժողովուրդս ի շաւիղս բերել և գտանել ճշմարտութեան և յընթացս բարի վարուց և առաքինի գործոց անբասիր ցուցանել զանձինս և անարատս յամենայնի. որք միմեանց օգնութեամբ իբրեւ գկապ շղթայից միաբանեալք ի մի կէտ և վախճան հոգւոցն փրկութեան, առաջնորդեցին միմեանց. և այսպիսի գեղեցիկ յարմարութեամբ ընդ միմեանս՝ ի հաւատ, ի յոյս, ի սէր, առ հասարակ ժառանգեացն զերկնից արքայութիւն, որ է մի միայն անձկալին ամենեցուն վախճան:

Արդ հասեալ կարգի բանիցս մերոց առ զանազան դասս աշխարհի արանց և կանանց, ասեմք, թէ օրէնք աստուածայինք և բնութիւնն կամին՝ զի սոքա առ միմեանս՝ իբրեւ կենդանի և կենդանացուցիչ մասն մարդկային ընկերութեան, սիրունս լինել, համամիտս, բարեսէրս, եղբայրասէրս, բարերարս, միմեանց օգնել, միմեանց կարօտութեան հասանել,

pos jactitant. In missionibus plura sunt istarum virginum merita atque maxima utilitas, et unicum fere vivificae fortisque educationis momentum in moribus christianis mulierum et puellarum, in scholis et in artibus manualibus atque in educandi ratione optima.

Harum omnium hierarchicarum classium Pastorum et Antistitum necnon, Presbyterorum ac Sacerdotum atque Virginum, apostolica sunt et appellantur munera, eo quod in profectum et incrementum religionis vigilant, ut supra diximus, et educationi et animarum saluti impendunt operam. Itaque, carissimi, qua vitae innocentia, quibus bonis operibus, qua conscientiae puritate debeant hi omnes populo vulgari praeesse, quis est qui non videat? quo amore salutis animarum ardeant, quo flagrantes fervore populum ducant! Dominus praecipit veluti lux esse lucernae et sal panis vitae; ita fulgere eos oportet splendore virtutum in medio populi; quo viso homines Creatorem glorificabunt.

Sciant Patriarchae se in conscientia obligari ut vigilant super hierarchicas potestates, Antistites super Pastores vigilare in pascendo grege, sciant Pastores super Presbyteros et Sacerdotes in praedicando verbo vitae in veris rectisque fidei articulis, sciant quoque Sacerdotes in docendo populo ne a veritatis tramite longinque abducantur, et irreprehensibiles in moribus virtutisque operibus inveniantur, et in omnibus sine labe; qui invicem auxilium ferentes, catenae instar anulorum conjuncti, in unum simul coeant finem, animarum nempe salutem, qua pulcherrima congruentia in fide, spe ac caritate, universi haereditatem caelestis regni adipiscentur, quod tantum omnium finis est optatissimus.

Quum vero ad varias secularium classes, virorum et mulierum, pervenerimus, dicimus, legem divinam haud secus ac naturalem exigere, istos, veluti vivas et vivificantes societatis humanae partes, se invicem caritate complecti; unanimes, benignos, fraterno affectos amore, beneficos; invicem adjuvare, quemque indigenti ferre opem, commiseratione et clementia etiam atque etiam flagrari; hortari im-

միմեանց կառեկիցս լինել և սղորմածս. զծայրայեղս և զանհնազանդս խրատել, յարգել և մեծարել զծերս և զխիսանս ազգին՝ որք տընին ի բարութիւն ընդհանուր աշգին: Սիրել սերտ սիրով զխիսանս և զթագաւորս իւրեանց՝ որք իբրեւ յՍտուածոյ էգեալ են պաշտօնեայք և կարգեալ ի բարութիւն աշխարհի, պետք ազգաց, որոց իխանութիւնն յերկնից չնորհեալ է, որք և ոչ վայրապար կրեն զսուսեր ընդ մէջ իւրեանց, որպէս հրամայեն մեզ Գիրք աստուածայինք, «Որում զհարկ՝ զհարկն, որում զպատիւ՝ զպատիւն»: Տեարք իբրեւ զհարս վարեացին ընդ հպատակս իւրեանց և ընդ ծառայս, և սոքա մի՛ յոգւոց համելով և ի ցաւս սրտի և արտասուօք աչաց ծառայել տէրանց, այլ սիրով և յօժարութեամբ, և վասն ծառայութեան գործոցս այսոցիկ՝ յաւուրս տէրունականս՝ որչափ հնար է, մի զրկել զանձինս յեկեղեցական պարտուք:

Նոյնպէս և կանայք հնազանդս լինել արանց իւրեանց որպէս պատուիրեն օրէնք աստուածայինք, պարկեշտք, աստուածավախք, և համեստք ի գնացս, ի զգեստս, ի բարս և ի վարս: Յամենայնի հաւատարիմս լինել ըստ օրինաց սրբութեան անկողնոյն. լաւ խորհեացեն ամուսինք, ո՛րքան մեծի և ահաւոր խորհրդոյ բերեն յինքեանս զօրինակ, այն է Քրիստոսի ընդ մարդկան սեռի անճառ Տնօրէնութեան և անքակտելի միաւորման. սմին իրի ասեն Գիրք՝ «Եւ ոչ վասն պոռնկութեան» ուրուք ի նոցանէ արձակի կապն անխղիչ պսակի իւրեանց: Արդ ըստ մեծութեան իմաստի և ըստ խորութեան խորհրդոյն միացեալ ամուսինքն ցուցանիցեն յինքեանս զմեծ առաքինութիւն և զբարձր պատիւ, ի բաց առեալ՝ զոր ցաւօք սրտի ասեմք, զորս ընդ ոտս հարկանեն զիւրեանց զայդ պատիւ. արք անօրէնք, որք ոչ միայն բաւական ո՛չ համարին թողուլ զկանայս յանցաւորս ըստ անկողնոյ, այլ և համարձակին իսկ իսպառ թողեալ զնոսա, և ընդ այլս ամուսնանալ անգամ յառնեն յանդրդնութեամբ՝ ի գայթակղութիւն այլոցն և հակառակ Քրիստոսի Եկեղեցւոյն և աստուածային օրինաց, որով ծանունս կրեացեն զգատատան: Եւ զի՞նչ ասացուք զայնոցիկ որք առանց իսկ ամուսնութեան ունին կանայս, և ընդ այդ և ոչ խիղճ նոցա յանդիմանէ զնոսա. որոց վախճանն ոչ այլ լիցի եթէ ոչ յաւիտենական գատապարտութիւն հոգւոց իւրեանց, զորմէ ապաշաւեսցեն յորժամ չիցեն այլ եւս արտասուք յարգիւնս:

probos et animi vecordes; senes venerari et magnates nationis, uniuersorum bono consulentes. Toto diligere animo Principes et Reges, qui diuinitus constituti sunt ministri in bonum mundi, duces nationum, quibus auctoritas coelitus commissa est, neque frustra gladium portant, ut praecipiant nobis divinae Scripturae: «Cui tributum, tributum, cui honorem, honorem». Domini veluti patres se ducant cum subditis et servis suis; hi vero minime gementes nec afflicto animo neve lacrymis seruiant dominis, sed sponte et libenter; neque praetextu operum famulatus, diebus dominicis, quantum est in iis, sese ab ecclesiasticis obligationibus priuent.

Similiter et mulieres obedientes esse suis viris praecipiant divinae Literae, integras, Deum timentes, modestas in gressu, habitu, in moribus et in omni vivendi ratione. In omnibus fideles secundum legem sanctitatis thalami; alte considerent cojuges, quanti terribilis mysterii praeserant exemplar, Christi videlicet humano cum genere ineffabilis Oeconomiae atque insolubilis unionis; quamobrem tradunt Sacrae Scripturae ne ob fornicationem quidem alterutrius indissolubile matrimonii vinculum posse absolvi. Quo igitur grandis sensus et profundum mysterium est, eo uniti in matrimonium conjuges prae se excellentiorem ostendant virtutem, eminentioremque dignitatem. Maximo tamen cum dolore excipere debemus eos qui istum honorem pessumdare minime verentur; deterrimi homines, qui non solum satis habent relinquere uxores secundum torum delinquentes, verum etiam prorsus eas audent dimittere et audacius cum aliis in novum advolare matrimonium praesumunt, in scandalum parvulorum, Ecclesia Christi et divinis legibus adversantibus, quo et gravius admodum patientur iudicium. Quid vero de iis dicamus qui absque etiam matrimonio uxorebus utuntur, qua de re nec conscientia reprehendit eos; quorum non alium certe futurum finem, nisi aeternam animarum suarum jacturam atque condemnationem; cujus rei forte poenituerit eos tum, quum non amplius lacrymae quidpiam parumper mereantur.

Են և գտանին յերկիր և ի սահմանս Կաթողիկոսութեանս Մերոյ ի քաղաքս և ի գաւառս նոյնադաւան Հարք Կաթողիկեայք, Հռովմէական Վարդապետք ի զանազան ազգացն Եւրոպիոյ, Հարք կրօնաւորք և Կուսանք զանազան միաբանութեանց, որք ի հրամանէ Սրբոյ Քահանայ Հռովմայ ի նպատակ և յօգնականութիւն Եպիսկոպոսոսաց Մերոց և եթ առաքեալ լինին, որք գաստիարակութեամբ իւրեանց կրթեն զմանկունս ազգիս ի գասս և վարժարանս, ի քրիստոնէական ուսմունս և վարդապետութիւնս, և մատակարարեն իսկ զխորհուրդս թէ՛ յեկեղեցիս մեր և թէ՛ ի նոցա աղօթարանս և յեկեղեցիս, ամենայն գովութեամբ. որք և ըստ բարձրագունիցն հրամանաց այսմ վախճանի ծառայել պարտին. բայց ցաւիմք, զի ոմանք յանհատից այց ընկերութեանց Հարք, բազմիցս մոռացեալ զվախճան առաքելութեանց իւրեանց, ընդ Եպիսկոպոսունս և ընդ Առաջնորդս ազգայինս մտանեն ի հակաճառութիւն, որոց առաջին պարտքն են օգնել Մեզ ըստ Հռովմէական Եկեղեցւոյն նպատակի, և ոչ թէ հաստատել ժողովրդապետութիւնս առանձինն և անշատեալս ի մէջ, այլ ընդ հակառակն սիրով և խաղաղութեամբ վարել պատուիրեալ է նոցա ընդ մերայինս, որպէս և Մեք ընդ նոսա ի սէր և ի միաբանութիւն. Ո՛չ երբեք զանցանիցեն զխրաւամբք եկեղեցական օրինաց, զսիրոյ, զեղբայրսիրութեան, զմիաբանութեան. Մի՛ հեռ, մի՛ նախանձ, մի՛ թշնամութիւնք լիցին ընդ մէջ նոցա. ամենքին ցուցցեն զպարտ ու պատշաճ հնազանդութիւն Եպիսկոպոսոսաց իւրեանց, յորոց Վիճակի գտանին և կեան, ըստ հրամանաց և սահմանացն եղեւոց Լատին Քահանայից և կրօնաւորաց ի Կոնդակի Սրբազան Քահանայապետին մերոյ Լեւոնի ԺՎ.ի, *Orientalium Ecclesiae*.

Գարով Մեր ի կարգ բանի արեւելեան Եկեղեցեաց անշատեւոցն ի Հռոմայ, և յընդհանուր Եկեղեցւոյ, ամենեցուն պատուիրեմք եկեղեցականաց և ժողովրդեան Մերում, քրիստոնէական սիրով վարել ընդ համազգայինս. զի թէպէտեւ եկեղեցիքս այսքիկ, այսինքն արեւելեան կոչեցեալք, վասն ինչ ինչ պատճառաց տեսականապէս հեռացեալ իցեն ի Հռոմայ Եկեղեցւոյ, և թէպէտ ոչ ընծայիցեն նմա զարժանին հնազանդութիւն, բայց քանզի միանգամայն խոստովանին և հաւատան Քրիստոսի ընդ հանուր Եկե-

Praeterquamquod in terra et confinibus Patriarchatus nostri inveniuntur, in civitatibus et provinciis, ejusdem professionis Patres Catholici, Sacerdotes Romani e variis Europae gentibus, Religiosi et Virgines, diversis pertinentes Ordinibus, qui jussu Sanctae Sedis auxilio tantum mittuntur Episcopis nostris, qui in scholis et Collegiis educationi iuventutis nostrae praesunt, in studiis atque doctrina Christiana; administrantque Sacramenta tam in Ecclesiis nostris quam in Ecclesiis et Oratoriis suis; qui quemadmodum a suprema praecipitur auctoritate, huic debent fini inservire. Magno tamen afficimur dolore, quod nonnulli harum Congregationum Patres, multoties suae missionis scopi obliti, cum nostrae gentis Episcopis et Praepositis disputationes iniunt, quum primum eorum sit officium praesidium nobis ferre ut Ecclesia Romana intendit, neque ut particulares et a nobis disjunctas habeant paroccias; e contra praeceptum eis est cum nostratibus amice et pacifice conversari, velut et nos cum iis in charitate et concordia. Ne igitur violare audeant unquam jura legum Ecclesiasticarum, caritatis inquam, fraternae dilectionis, concordiae; nulla sit invicem contentio, nulla invidia, nullae hostilitates. Omnes simul suo Episcopo in cujus dioecesi sunt et vivunt, obedientiam, quae decet, praestent, secundum praecepta et statuta quae adsignantur pro Sacerdotibus ritus Latini ac Religiosis in Bulla Summi Pontificis Nostri Leonis Papae XIII, cujus initium: «Orientalium Ecclesiae».

Verba autem nunc facientes de Ecclesiis Orientalibus separatis a Roma et ab universali Ecclesia, omnibus et singulis praecipimus Clericis nostris atque populo, christiana se gerere dilectione cum connationibus; quoniam hae quamvis ecclesiae, Orientales quae dicuntur, pro quibusdam causis theorice ab Ecclesia Romana procul recesserint, dignamque eae nequaquam praebent obedientiam, verumtamen quia penitus profitentur et credunt universalem Christi Ecclesiam quoad

զեցւոյն լինել ըստ էութեան և գոյութեան մի ի հաւատամքն՝ որ է կանոն հաւատոյ եղեալ ի Նիկիոյ Սրբոյ Հարցն «Հաւատամք ի մի միայն ընդ հանրական (որ է կաթողիկէ) և առաքելական Ս. Եկեղեցի», սոյն գաւանթութեամբ գնեն և դասեն Եկեղեցիքս այսօրիկ զանձինս ի նոյն կապ միութեան Եկեղեցւոյն Քրիստոսի, և ոչ կամին անջատիլ, քաջ գիտելով իսկ թէ բարին յամբողջ պատճառէ է և միումն միայն օրինացս գլխոյ է և ամենեցուն, ի վերայ այս ամենայնի յայդ միութենէ ոչ կամին մեկնիլ, և խոստովանին զմիութիւնն Եկեղեցւոյն Քրիստոսի որ բնականապէս ունի զգլուխ և ոչ է անգլուխ. և զայս հաւատս գաւանթն Եկեղեցիս և յառօրեայ աղօթս սրբազան պաշտամանց Եկեղեցիքս այսօրիկ ունին և զօր հանապազ ի կիր առնուն զամենայն Խորհուրդս Եկեղեցւոյ յինքեանս, և զարարողութիւնս կատարեն որպէս մեքս առնեմք:

Բայց առանց ակնածութեան եւս ասեմք. քանզի սօքա ժխտեն ի գործնականի մատուցանել զարժանին հնազանդութիւն վեհափառ Գլխոյ ընդ հանուր Եկեղեցւոյն՝ զօր հանապազ խոստովանին և պնդեն լինել ու գտանիլ ի նմա. վասն այսր հակասութեան Եկեղեցիքս այսօրիկ կօ ին հերձեալ կամ բաժանեալ ի սոյն միութենէ. և ոչ միայն ոչ ցաւին ընդ այս անջատումն, նա՛ և գշբախտաբար ոմանք պարծին իսկ նու վառ:


Սորին այսպէս գօլով անգամ մի՛ ոք ի մերայնոց թշնամանեալ զԵկեղեցիս զայսօրիկ նախատանօք հերետիկոս յանդգնեսցի կոչել և վշտացուցանել զնոսա. զի և Հռոմայ իսկ Եկեղեցին ամենայն մարդասիրութեամբ վարեալ է ընդ նոսա ցայսօր: Որ և պաշտօնապէս ո՛չ կոչեաց զնոսա հերետիկոս յիմաստ ասացելոցս. և զայդ առնէ Եկեղեցին՝ ոչ վասն այլ իմն պատճառի բայց միայն ի սէր հօգւոյն Քրիստոսի և միութեան բանաւոր պատմունճանի նորա, զոր զինուորք հեթանոսացն անգամ խնայեցին պատառելնա մանաւանդ մեզ պարտք են, մեզ՝ որք միոյ արեան եմք արենակիցք, միոյ ազնազակիցք, միոյ աւազանին եղբարք ի Քրիստոս, սիրել զմիմեանս պարտիմք զոր պատուիրեն իսկ և հրամայեն մեզ թէ բնութեան և թէ՛ հաւատոյս օրէնք. յոր յաւելեալ և զսէր հօգւոյն Քրիստոսի, և ի սոյն սէր ընդ միմիանս գրկախառնեալք հեղութեամբ նորին հօգւոյ և բարեխօսութեամբ գերազոյն Առաքելոցն Պետրոսի և Պօղոսի և Սրբոյ Հօրն մերոյ Գրիգորի Լուսաւորչին, որոյ արեանն արդիւնք են հաւատքն մեր, յուսամք և փախաքիմք

substantiam ac existentiam unam esse in Symbolo quod regula fidei est, sancita a SS. Patribus Concilii Niceni: «Credo.. in unam universalem (id est Catholicam) et Apostolicam Sanctam Ecclesiam»; hac professione istae Ecclesiae sese submittunt atque supponunt eidem vinculo unionis Ecclesiae Christi, noluntque ab ea disjungi; quum autem optime noverint bonum esse ex integra causa, et quod qui unam e legibus fuerit transgressus, is omnium sit debitor, verum enimvero ab ista unione nolunt discedere et confitentur uam esse Christi Ecclesiam, quae naturaliter unum Caput habet nec est acephala; et hanc fidem profitentur in Ecclesiis et in quotidianis sacrorum officiorum precibus. Hae quoque Ecclesiae possident omnia Ecclesiae Sacramenta, quae quotidie utuntur, caeremoniasque peragunt quemadmodum et nos facimus. Neque tamen veremur asserere quod, quum hi in praxi inficias euntes debitam praestare renuant obedientiam excelso Capiti universalis Ecclesiae, quam semper talem profitentur et sese in ea inveniri vehementer asserunt, ob istam inquam contradictionem hae Ecclesiae vocantur schismaticae seu separatae ab ista unitate; et non solum hujus separationis minime eas poenitet, verum etiam, quod est maxime dolendum, quidam ea re gloriantur.

Quae quum ita sint, nemini tamen e nostratibus contumelia istas unquam liceat afficere Ecclesias, neve aspernando audeat quispiam haeretico cognomine eas appellare, iisque subinde merendi praebere causam. Quoniam ipsa quoque Romana Ecclesia ad hodiernum usque diemcum iis omnimoda usa est humanitate, quaeque nunquam eas ex officio haeticas declaravit sensu eorum quae diximus; et hoc facit Ecclesia non nisi pro amore Spiritus Christi et pro unitate spiritualis tunicae ejus, cui Romani quoque milites pepercerunt dilacerandae. Nobis praesertim maxima incumbit obligatio, nobis, qui unius ejusdemque sanguinis sumus consanguinei, unius gentis congeneres, unius baptisterii fratres in Christo. Quocirca diligere invicem debemus, quatenus praecipiant jubentque tam naturae quam nostrae fidei leges: cui quum dilectionem Spiritus Christi adjecerimus, ejusdemque arctissimo amoris vinculo ad invicem amplexi fuerimus, man-


լինել մի հաւատով, որպէս միութեամբ արեանն իսկ մի եմք. և այնու
գտանել զհոգւոց մերոց փրկութիւն, շնորհօք և մարդասիրութեամբն
Քրիստոսի, որում փառք և պատիւ ի յաւիտեանս, ամէն:

Տուեալ ի Կաթողիկոսարանէս ի Բերա Կ. Պօլսոյ յառաջում աւուր
ամսեանն Մայիսի, ըստ Հ. Տ. յամի փրկութեան մերոյ 1900, յառաջում
ամի Հայրապետութեան Սերոյ: ~~_____~~



suetudine ejusdem Spiritus et intercessione Pricipum Apostolorum
Petri et Pauli, et Sancti Patris nostri Gregorii Illuminatoris, ejus
sanguinis fructus est fides nostra, speramus optamusque unum esse in
spiritu, quemadmodum identitate sanguinis etiam unum sumus, pe-
rinde obtenturi salutem animarum nostrarum; gratia ac misericordia
Christi, cui gloria et honos in sæcula sæculorum, Amen.

Datum ex ædibus Patriarchalibus, Constantinopoli, die prima men-
sis Maii, v. s., anno salutis nostrae 1900, Patriarchatus Notri primo.



step 109

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, inverted characters.

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, inverted characters.



